Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



gilii pristine sanitati
mereretur restitui.
Hec eo orante intesti
na ceperunt ad superiora
et ad locum antiquum pau
latim relabi. ut triduo
expleto iuxta totus fac
tus incolumis modum
sue curationis omnibus
aduenientibus predicaret.
Alio item tempore para
litice due ad tumulum
sancti iuri delate. mulier
scilicet etatis prouecte de si
chirchen et puella duodē
nis de walwes sanitatē
pristinam receperunt. Quidam
de pago kungo cecus
dum ad ipsum tumulum
ueniens deuotissime iu
ro sancto se commendasset. do
mum rediens in media i
tineris sui uia uisum
recepit. Quedam etiam
puella de matse hns
a natiuitate manum
aridam de presentia cle
ri ac totius multitudi
nis curata est.
Item puella de pendorf
manum hns aridam et
curuam sanata est. Item
puer de tusendorf. an
nos hns quatuor ab
ortu. et adhuc prorsus
incedere non ualens
a patre delatus ad tu
mulum pro debito nature
et etatis ambulare ce
pit. Puer quinquennis
de wohenburc mutus
et curuus a natiuitate
deportatus ad tumulum
a matre. et usum loquen
di recepit et gressum.
Quidam puer de fuh
ten mutus et paraliti
cum hns brachium. ut
nec ori commode posset
applicare. optabilem re
cepit utriusque mali cura
tionem. Clericus quidam